



Domenica di Pentecoste

Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Joánnem *Joann. 14, 23-31*

IN ILLO témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Si quis díligit me, sermónem meum servábit, et Pater meus díliget eum, et ad eum veniémus, et mansiónem apud eum faciémus : qui non díligit me, sermónes meos non servat. Et sermónem, quem audístis, non est meus : sed ejus, qui misit me, Patris. Hæc locútus sum vobis, apud vos manens. Paráclitus autem Spíritus Sanctus, quem mittet Pater in nómine meo, ille vos docébit ómnia, et sùggeret vobis ómnia, quæcúmque díxero vobis. Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis : non quómodo mundus dat, ego do vobis. Non turbétur cor vestrum, neque formídet. Audístis quia ego dixi vobis : Vado, et vénio ad vos. Si diligerétis me, gauderétis útique, quia vado ad Patrem : quia Pater major me est. Et nunc dixi vobis priúsqvam fiat : ut cum factum fúerit, credátis. Jam non multa loquar vobíscum : venit enim princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam. Sed ut cognóscat mundus, quia díligo Patrem, et sicut mandátum dedit mihi Pater, sic fácio.

Dal Vangelo secondo Giovanni *Giov. 14, 23-31*

IN QUEL tempo, Gesù disse ai suoi discepoli: Chiunque mi ama, osserverà la mia parola, e il Padre mio lo amerà, e verremo da lui, e faremo dimora presso di lui. Chi non mi ama, non osserva le mie parole. E la parola che udiste non è mia ma del Padre che mi ha mandato. Queste cose vi ho detto mentre vivevo con voi. Il Paraclito poi, lo Spirito santo, che il Padre manderà nel nome mio, egli insegnerà a voi ogni cosa, e vi ricorderà tutto quello che ho detto a voi. Vi lascio la pace, vi do la mia pace: ve la do non in quel modo che ve la dà il mondo. Non si turbi il cuor vostro, né s'impaurisca. Avete udito che io vi ho detto: Vo e vengo a voi. Se voi mi amaste, vi rallegrereste certamente ch'io vado al Padre, perché il Padre è maggiore di me. Ve l'ho detto adesso, prima che succeda: affinché, quando ciò sia avvenuto, crediate. Non parlerò ancora molto con voi, perché viene il principe di questo mondo. Tuttavia può nulla contro me; ma bisogna che il mondo sappia che io amo il Padre ed agisco conformemente agli ordini da lui datimi.